



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

7. Subditus uni dioecetano quo ad aliquid, quo verò ad aliud, alteri, an
utriusque statutis ligetur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q U A E S T I O VII.

Subditus uni D'ocelano quo ad aliud, quo verò ad aliud alteri, an utriusque statutis obligetur.

Exempli causa: Subiicitur una Ecclesia Episcopo Leodien. quo ad institutionem, Edelitionem, visitationem, quo verò ad Sacramentorum perceptionem subiicitur Episcopo Ruremon. Dubitatur, utrum Rector ejusmodi Ecclesia ligabitur statuto Episcopi Ruremundensis de Residendo? Respondetur non ligari, *Feder. de Senis Conf. 99. per 101.* Ratio est, quia ad Episcopum Ruremund. spectat Sacramentorum administratio, non verò ejus interest, qua ratione beneficia gubernentur, ut proinde de rebus ad alienam Jurisdictionem spectantibus se intromiscere ac jus dicere non possit, *l. unica C. ult. ff. de Jurisdic. om. Jud. cap. Pastoralis §. Rursus Clem. de re Jud.*

Secundo, Jurisdictio Episcopi Ruremundensis hoc in casu limitata est, & ideo limitatum parere debet effectum, solam scilicet administrationem Sacramentorum respicientem, *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* conferrique debet Ecclesia ejusmodi quo ad aliam ab Episcopi Ruremundensis Jurisdictione exempta. *Feder. de Senis d. Conf. 99. Archid. d. cap. 1. de privil. in 6. cap. cum Capella cap. ex ore. cap. Quoniam. cap. recepimus eod. in decretalibus,* qua de re vide plura apud Romanum in l. stipulationibus ff. de verb. oblig. ubi eum consule.

Q U A E S T I O VIII.

Conservatores adversus injurias & violentias, an possint via inquisitionis procedere?

Federicus de Senis respondit posse *Conf. 216.* idque in odium injuriantis & favorem injuriam passi, ad emendationem damni civiliter. *cap. conquestus in fin. de foro compet. Innoc. cap. cum oporteat de accusat. l. presenti §. sine C. de His qui ad Eccles. confugiunt. text. cap. Consultationibus in fin. de offic. deleg. non verò ad poenam criminaliter. Innoc. & Host. cap. cum olim de off. deleg. Feaer de Senis d. conf. 216.* qua de re plura habes inferius ubi examino, an exemptus coram ordinario conventus possit invitari repeti.

Q U A E S T I O IX.

Ordinarius an possit eximere aliquod Hospitale in prajudicium successoris?

S U M M A R I U M.

1. Hospitalia subiiciuntur visitationi Episcopi. valeat.
2. Exemptio in prajudicium successoris non
3. Capituli assensus requiritur ut Episcopus possit eximere.

Remitto quod libro primo qu. 7. ostendi Episcopum seu Ordinarium posse Exemptiones concedere.

Primas-